## Fundacio monasterij wisenburgensis per dagobertum regem Francorum.

Dagobertus diuina fauente clementia Francorum rex, omnibus regni sui primatibus, imo cunctis fidem christianam profitentibus, tam futuris, quam presentibus, notum quod deo, uel sanctis eius se quis obligauerit, sine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto maior & dignior est is cui uouetur, eo ferietur grauiori iudicio uouentis, et non reddentis presumptio. Clemens igitur, et uolumus domino deo terribili, et qui aufert spiritus principum, terribili apud omnes reges terre, qui qualiter in brachio sue uirtutis, et nos terruerit, et qualiter percutiens, et sanans rursus, nos inuenerit, omnibus ad exemplum correctionis nostre dignum duximus, precipue ut quisque fidelis, audito nostro perculo, ab ecclesiarum dei uastatione se contineat, et honorem congruum, rebus deo dicatis exhibeat. Primum ergo de diuina super nos iusta terribiliter examinatione, postea de uoto, et non nostri redditione breuiter exponemus.

Patre meo Clothario felicis memorie defuncto, patrij regni curam suscepi. Sed iuuendi ductus leuitate, dominandique cupiditate distractus, regalis officij debitum neglexi, nihil exhibens eo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-2533/0217
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt